

non solum cognoscere, sed etiam gustare & videre illam possimus. Nostrum itaq; est accurate illam considerare & perpendere.

NARRATIO.

IN hoc Evangelio ipse Filius D E I, & quidem de re gravissimâ, nempe de salute omnium credentium concionatur. Considerabimus itaq; :

- I. Exordium hujus concionis.*
- II. Propositionem.*
- III. Per orationem.*

D E I. L O C O.

Exorditur Christus, concionaturus de salute omnium credentium, à dilectione Patris sui cælestis. Constat autem ipsius Exordium propositione & ratione. Propositionem nō nudè proponit, sed illam exaggerat, ad conciliandum sibi attentionem. *Sic D E U S dilexit mundum.* D E U S & mundus, sunt verba Emphatica.

V S V S.

I. Christus concilians sibi attentionem, innuit nos nunquam pro dignitate rei dilectionem D E I considerare. Oculus enim non vidit, auris non audivit, quæ præparavit D E U S diligentibus eum.

1. Cor. 2.

2. Siqui-